





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-94397-p0002-1

DFG

(4)

Zf 4405
4

Θεός, Θεός!

Μῆτρα λιτησίν,

Musa Votiva,

in Onomasteriorum felicem regressum

V I R I

Plurimum Reverendi, Magnifici, Amplissimi

Dni. J A C O B I

V V E L L E R I ,

SS. Theologiæ Doctoris Eminen-

tissimi, Illustrissimo Electori Saxoniæ à Concionibus au-
licis Primariis & Confessionibus , nec non Supremi, quod
Dresdæ est, Synedrii Consiliarii excellen-
tissimi,

Consecrata,

Ab Admiratoribus devotis;

Ipsò Festo JACOBI,

puta d. 8. Calend. Augusti, Anno Epochæ Dionysianæ

i. 6. 53.

L I P S I A E ,

Typis JOHANNIS BAUERI.





FELICITER!

Jacobus VVellerus, Sacrosanctæ Theologiæ Doctor.

ἀναγεγραμματικῶς:

*^{anno} *Acos, Vires, Bule Logi, Ohe elevat Cor, Canos
sat decorat.

*Heidfeld.
Sphing. c. 34.
de medic.
p.m. 1124.



Idus nitebat inter astra fulgidum
Sodalis arte cœlitum * Aesculapius
Olim suâ & Podalirius, Chiron, pares,
JACOBE, quæ virtus perambulet Tua
OHE! LOGI BULE Sacri, VIRES, ACOS,
Sidera (placent majora si minoribus
conferre) COR, CANOSq; Saxonis SAT &
qvod DECORAT, ELEVATq; ve Sanctis motibus.

Non livor auferet malus quicquam Tibi
negando, terreat vel orcius furor.

*Euseb. l. 2. Tu fulminas * Justi q;ve Jacobi æmulus,
c. 23. Et Dres- alter lapillos personas q;ve svaviter.
ser. millen. s.p.m. 36. 37. Sic Nomen usq; rebus arduum Tuum,
Jacobus audis veritate & arbitra.
Volucris haut fati caput tardent Tuum
alæq;ve, pallor aut solum Nomen terant!

*Horat. Epo. * Priusq;ve cœlum sidet inferius mari:
don, l. odas. Vires quid enervet Tuas quam maximas!

Hæc paucula
Reverendiss. V. Magnificent. debitæ gratula-
tionis ergo offert

M. Christianus Engell/P. & Su-
perintend. Chemnicensis.

Ωρέαπ' Όυλύμποιο, ΚΛΕΟΣ, ροδοδάκτυλος ήως
Ουνόματος τ' αγνόο φέρων παλινόσιμον ἥμαρ.
Μῆσα μέση Όλυμπιάδες, τερέν γένος αὖ ἐόντων.
κέντεντε νῦν ῥήμασι θεοβλυσσεσι λέγυσαμ.
Θύχισέ βας φωτὸς λιθαιώσι μαραιθέν.

ἀλπνί.

ἀλπνίσοισι σκότῳ, θανάτῳ μὴ θυμοραι⁵⁸
 μὴ φθόνῳ ὥξυδακης αἰτεώτῳ ἀλκὶ καλόπτῃ.
 Πνεῦμα γδ ἄγνοιάν τοι, πότνιε, ρῆμα φυτέυε
 Θέσκελον, αἴ φαλέως ἡδέης διδαχῇς διδάσκειν.
 Λύφευδέας λόγοις, καὶ σύμβολα χρησεῖ σεμνῇ
 Τέπτα, λαλεῖς σιβαρέως, καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσεις.
 Τάνυκεν ἀγρύπνων καμάτων πολυάνθεμον ὅρθως
 Νυνὶ πλάθησι χαράν, καδίης μελεδήμον φόρμῃ
 θεωτεσίη θεόθεν δέχ', ἀνεξ παντείροχε, δῶρα
 πολλὰ χεήματ' ἄγοντα, μέν φασί βερτον ηδέ.
 ΣΑΞΟΝΟΣ ὅμμα καλῶς, ὡς, πότνιε, χεύμασιν ἄρδειν
 αἰνάδοις, πολιοκροφάς λυκάβαντας σύναστιν
 δια θεῶς τερψίς γυνῶσιν ἄγει, πανακήρατον ἄργην,
 Ήγή σὲ καρποφόροισι παρεγγορίσιν ιάνειν,
 αγέν ερλαθενέτην καὶ πιόδωρον ἄνακτα
 αἰθερίς βηλῆ χθαμαλοῖς ἰκετέυμασι βωτεῖω!

Me non arcitenens Deus tuetur
 Peneiâ, labefactus ipse, lauro
 Cujus, sed sterilis seqvendo, amore.
 Nec jam pallida proluit caballi
 Pirene calamum citi fluento,
 Quid Novensilium truces in unum
 Me vultusq; ve? jecur quid increpantem
 horridis Helicona porrò flabris?
 inquit ipse, cave : cave. Parata
 Spiro cornua Mævio Tibiq; ve
 Asper, bellua vi velut petita
 & Rhamnusius arguendo Censor
 Culpa quæ mea sit (malum) nec addit,
 alta non petii nec alta donet,
 Nam parcâ melius fruor reinaudax.
 Multa nec rogo: sâpè nam moventes
 votis multaq; negliguntq; multa.
 Qui vultus rigidi repens at ortus?
 Fata sunt *Stoaces putantq; figit
 Temporis *Themis, atq; fascium, æqua
 Sic *Clepsydra jubet: vetat diuq;
 quod Te, quærere, sistat, irretortum
 robur, Legibus & soluta sors sit.

20

* Stoici apud
 Athen. per
 contemptum
 sic dicuntur.
 * P. Syrg: Lex
 est temporis
 necessitas.
 * Hesychius:
 ἀνάγυη, ἢ
 δικανικὴ

Μο- κλέψυδρα.

Monent me Tua, Vir verende Seclis
annosis benefacta comtiori
pol plectro socienda: Sed mihi haec vis
non est. At maneant sepulta longâ
nocte (turpe) carent sacro quia Ore
Vatis, Pegaseo liquore loti.
Paullum distat ab impetu propinquæ
Nœ corrupta necis latente virtus,
Ne cresso careat, precor, lapillo
Lux notanda facro metroqve thure,
dignum sola vetans mori Thalia
Virum laude jocis piis celebra,
quæ tigres comitesq; ducis altas
Sylvas & numero dica ampliori
Patris Theosophiæ decusq; Nomen,
& reple facili mihi furore
quæ & gaudente magis peti negabas.

T H A L I A.

Si mibi fas tandem, Vir fulgentissime nostri,
quem, secli, sibi SAXO Pater, quæ regia Dresdæ
Turritum tollit caput, & rutila astra fatigat
Plus cädens fulgore suo, radiansq; rubore,
servat, & occultis adhibet primordia rebus;
Non nisi curvatis & supplice flectere palmæ
poplitibus, gressuq; sacro Tibi ferre salutem.
Non Te mirari subeat miramine miro
ancipites pariat res vel conamine sensus
aut stomacho apponat vires, justumq; furorem
menti addat lateri gladiumq; accommodet audax
præcipiti labens cæco & temeraria cursu.
Qvos olim rapuit veri quos error adegit
Fictilibus divis cœlestè adscribere Numen,
Hærentesvè Deo diduxit imagine falsa
Tartareus præses Stygi ferus arbiter orci
Hos ego in hæsuro similis prædamq; sequenti
ut canis in vacuo leporem cum flexilis arvo
vidit & hic prædam pedibus petit ille salutem,
in sequor extenso stringo & vestigia rostro.
Stu jubet ingenii furor, aut me purpura fulgens

atq; astris cognatus bonos, tremulig; Susurrus
pectoris & duplicata manus corrumpit biantem.
Hac me cura tenet: nimis & perteduit olim
Sollicitare Deum precibus per vota precari.
Talis mane novò, jam decadentibus astris
horrendos repeto errores, tha turpo premendo
Ostia jamq; domus sacrataq; limina tecti.
Talis ab Eo crispantia Nomina Magna,
queis pietate nihil majus, generosius atq;
Svavius aut, Nomen (quod cælum prosperet) ultrd
& decoro & virtute minus concedat & omne,
Excipere, elogiis certantia verba profari
audet, honorificâ Lucem & cumulare Camenâ.
Hercle onus est humeris impar, præsaga sacra
Molis & ancipi trepidat formidine vena.
Quid moror? an tua me virtus dum dia, verende
Vir fuget? aut nullam quasi dignata recusat?
Sed quid ego hæc valitura nihil? quin Numinis ausus
ante pedes, me sterno tuos, Jacobe verende,
Et dotes, Vir Magne, tuas quibus undiq; fulges
Egregiis pando numerisq; encomia laudum
Magnarum pingvi, seclis credoq; futuris
discenda & toto quantum est vebo carmine in ævo
Nam Tua sic mandat studia in prolixa voluntas
& qua parte magis superis accedere curas
fervidus, & rutilo tellus opule scit odore
ut blandis Zephyris, durisq; silentibus acte
Flaminibus, tantumq; interstrepit aura Favoni
candida, pubescit gravidò cum fœnore surgens.
Si modò ritè memor dedimus sua justa superno
Christo, Saturnum maculosaq; monstra Deorum
cætera, lethæo perfudimus atq; madore.
Haud impune quidem liceat nec talia nobis
Somnia, sacrilego pariter committere versu
Egressus nondum primi confinia lustri
Magnifica Vir, eras, multum gravitate Verende,
Laetea cumq; ætas nutanti reperet ausu
laßa & adhuc lingvâ tardè & pappantibus annis
semper honoratum (voluit sic Jova) putabas

infra

infractum studium, cerebri & felicis homullos,
Quos virtus artesq; citis & fama quadrigis
celsiusevectos ad longa Sedilia & altis
quaesitum meritis fastum pro jure locarat,
occultis placidò causis amplexus amore.
Incorruptus amor mansit viridante sub aeo,
dum & nascens vernare solet, flos puberis avi,
Luxuriare novis idem cœpitq; subinde
viribus, ing; horas altos dedit ignibus ignes.
Mutati transversa fremunt, & vespere ab atrō
illicò consurgunt fortunæ turbine venti,
excutere aut sanctos restingvere flatibus ignes
multis incumbunt, atq; omni marte laborant.
Non tamen obniti contra, nec tendere tantum
sufficiunt; immota manet superatq; negantis
fulmina fortunæ Mens fortiter usq; sequendo,
quog; vocat vertamus iter (sic ora resolvit)
Sive agat in flamas & mille sequentia tela,
aut omnes pelagiq; minas, piceasq; tenebras
cœli, succedam, nec me labor iste gravabit.
Aspera nam semper dant præpete terga volatu
& leviora adsunt, contracui Martia virtus
atq; animi vigor indomitus socia arma ministrat.
Ceuperit urticae vis pollicis ignea tactu
intrepido, haut molli mordacia & impete pressat
cum folia, arescunt subitò temnuntq; secandi
Spicula cæsa, ruunt rapidis ludibria ventis,
quæmodò tacturis tacitas inspergere flamas
volvebant secum, pendent sine robore cassa.
Sic quog; corruptit mentis vis celsior ictus
fortunæ, ing; vices cogit decadere inanes.
Dixerat, & secum quæritè, incepta paravi
perficere est animus finemq; imponere curis,
hactenus, insistensq; adeò sub corde volutans.
Ultq; idem gelidus largo fluit undiq; rivo
bis super impositus studiis & creber abundat
Musarum soboli Sudor, sic ritè revolvit.
At non audaci cessit fiducia facto
horrida vel rerum facies formidine pressit

mentem,

mentem, quin animi stant fortia pectora, virtus
contraq; objiciunt sua fulmina Numine dextrô.
Hinc Witikindine & notum Tua fecerit orbi
Te virtus, crescens inibi ridentibus arg;
Solibus, hæc Jacobe Tuis monumentaq; laudum
exornat meritis, poplo & tua digna Minervæ
maxima facta putat, jam jamq; interserit isti.
*Cecropidum fors racta manu, quæ grandia doctum
Sic quoq; pangebat benefacta, novabat honores.
Omnia qui superat Latialis sidera linguae
Hunc tu voce refers; Graium quoq; flumina fausto
alite formastiq; aliis utenda propinas.
Hic Hebreus, Arabas, Syrus & Chaldeus & omnes
Eo i populi longo ordine famina fundunt.
Hic abdunt vexata diu se dogmata Juris
divini, sibi tutæ, Larim sedesq; quietas
Hic querunt, magni & poscunt solatia casus.
Inde tot exoptata Viris, multisq; petita est
votis cum gemitu, tensisq; ad sidera palmis
Hæc tua nobilitas animi, jecorisq; sagacis
dexteritas, Brunsviga tenet quos, labitur Ocrea
quæ stridore suo, Vir maxime, dividit urbem.
Post ubi majori paullum properare per auras
& pulsare fores Magnatum Nominé cœpit
divitiis animosa suis & pondere virtus.
Mox insuetus amor pertractat Saxonis aulam
Huc illucq; trahit, subitoq; latentia filo
verba parare jubet, Tibi persolventia longum
Salve & cum justo vocantia famine laudis,
Quo subeas, Vir Magne, vices oracula divum &
Rutigero Heroi pandas, quem Martia virtus
circumambit victrice comæ, quem mitis olivæ
blandior ornat honos, tot maxima Sidera Rute
divite Jura Sacri doceas & Codicis ore,
Ensiferi quos ampla tenent penetralia & aulae.
Macte istis Vir summe bonis, queis flammeus usq;
fulges, astra inter claris lucente Smaragdis
in solio Phœbus residet medioq; deorum.

* Isaac Ca-
saub. in Jul.
Capitol.
Marc. An-
ton. p. 161.

Con-

*Stat. p. 46
Et Joh. Bern-
hardus in eis
interpretata-
tur peccata.

Concilio qualis.* Furias, o maxime, perdis
Terrarum, infra dicto, scindens quae noxia jure,
Arrectis stat prona Tuæ voci auribus Aula
SAXONIS, Et cui prisca fides Et fama perennis
eternum fecit decus, in sua Te invia poscit
Consilia Ipse HEROS, Tua fida oracula cordis
expectat cultu sublimi Et tollit honore.
O si cœlesti starent mihi Sanguine vene
Præstaretq; os sancta loqui quæ, Maxime, fundam
carmina? cœli fluos ludam modulamine versus.
Sed jam pone moras Et tanto Numine latus
Assurge atq; pios oculos per singula volve,
Nam rerum natura Parens q; reciprocalis ordo
Molitur Tibi, Dive, novos q; accedit honores,
aurea vincla, Tuum sistens venerabile Nomen.
Ipse Parens Patriæ Romaniq; Ensiger Atlas
imperii hæc læto testatur festa fragore.
Exponit gazas latè fulgentis Et auri
versat opes q; suas, quo fulgida Sardonyche ornat,
Huncce diem, albatâ Et circumstat veste decorus.
Plausifero ecce Tibi fremitu, gratantibus atq;
occurrit manibus, pedibus dat Jubila Et ALLA,
prospera dictando permistò fatu a decoro.
Ipsa ego purpureo cingam Tuæ tempora flore,
Intexens nitido viridiania grama serto
deq; meo demens, huic addam, Nomine, abito
Sic ait, Et Serto, contentus, * LEGIS ad aures
extendens palmas q; caput cum horrore coronat.

* Corona He-
braic triplex
fuit, Corona Legis, Sacerdotii Et Regni, Legis
autem corona (i.e. Sapientiae studium) omnibus
fuit major, de quibus v. Buxtorff. in Com-
ment. Maforet. c. 19. p. m. 95.

Hac παχυλῶς
Magnif. atq; admodum Reverendo
suo Patrono fovet

Tobias Engell/Philos. Studioſ.

F I N I S.

Pon 2f 4402, QK

ULB Halle
004 547 25X

3



f

5b.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-94397-p0012-7

DFG

(4) 6 6 6 6 6 6 6 6
in Onomasterioru
Plurimum Reverend
Dni. J A
VV E I
SS. Theologiae
tissimi, Illustrissimo Elect
licis Primariis & Confessio
Dresdæ est, Syned
Ab Admira
Ipso Fe
put ad. 8. Calend, Aug
Typis JOH
L I

